

40  
PARS TERTIA  
MATER PULCHRÆ DI-  
LECTIONIS MARIA.

§. 1. *Figura amoris Mariani  
erga Deum.*

**T**ertia super caput justi ruti-  
lans corona, eadēmq; gra-  
tiæ filia, & pretiosus animi cen-  
sus, nec non thesaurus ambien-  
dus est amor divinus. Eminen-  
tissimum illum & ardentissimū  
in Deipara tanquam pulchræ  
dilectionis Matre fuisse, varijs à  
scripturâ sacrâ typis edocemur.  
Hanc dilectionem proponit ar-  
ca intus & foris à Moyse de-  
aurata Exodi 25. aureum Sala-  
monis folium 3. Reg. 19. coc-  
cus non semel, sed bis tinctus  
Exodi 25. ad rubrum colorem  
magis